eū a captiuitate quā sua ici- dissꝫ culpa liberaret. terribi lia sustineret. omīa possessa distrahet. viā laborosissimā ⁊ picul' plenā arripet. latrōes iciderꝫ. vulnera vsq̄ ad mor tē susciperet. tādē ꝯualescens nō req̄esceret donec reddito captiuitatꝫ p̄cio captiuū re- dimeret amicū. data q̄ꝫ cap- to libertate vt cū redēptore suo ad patriaꝫ remearet. ille dēꝫ sui laborē spneret. passa dāna ⁊ vulnera vilipēderet cū inimicꝫ captiuatoribꝫ su- is pacta noua iniret. seq̄ p- petue captiuitati eoꝝ spōte subijceret. males ppetue ini micoꝝ porcos pascere q̄ꝫ cū fidelissimo p̄re aut aīco ad conregnāduꝫ reuerti. Nōne pl⁹ ille offēdet suū r̄dēptorē oēs ei⁹ ipēsos labores picl'a p̄ciū vulnera frustrando. ac maiori cor ei⁹ trāsfigeret tri- sticia q̄ꝫ q̄cq̄d ille passus fu- isset. ⁊ i iactura bonoꝝ suoꝝ q̄uolibꝫ possessoꝝ. Ita ⁊ nos cor dn̄i dolore nimio ꝯfigi- mus. oīa p eū nob̄ exhibita p vanā nr̄aꝫ ꝯuersatōeꝫ fru- stram⁹. De his āt oībꝫ d̄r p Zacharīā ꝓphām et Johan nem euangelistaꝫ. Uidebūt inquiunt in quē transfixerūt.

Et in eoꝝ ꝑsõa btũs Berñ. ser. de passiõe xp̄i. Ex q̄rek in q̄t a me sãguis iust⁹ q̄ effus⁹ ē sup trã. nec imunis ero ab illo tã singl'ari scelere iudeorũ. q vicȝ tãte caritati ingt⁹ fuerim. q spũi gr̄e ɔtumeliã fecerim. q sãguinē testamēti pollutũ duxerim. q cõculcauerim filiũ dei. Hec Berñ. Ecce dilectissimi videbatur forte iã dudũ cessasse ꝑsecutiõis xp̄i tp̄s. ſȝ palã factũ ē. q2 nũq̄ȝ deest ꝑsecutio xp̄o. qm̄ perpauci hodie sũt q̄ nõ cũ aliq̄ ꝑ dictoꝝ statuũ rurs⁹ xp̄m crucifigũt. imo tanta ē multitudo crucifixoꝝ. sicut Ber. ď ɔuersione Pauli ait. q ɔiurasse videk ɔ̄ xp̄m vniuersitas ꝑp̄li xp̄iani. a mimo vsq̄ȝ ad maxim. a plãta pedis vsq̄ȝ ad v'ticē nõ ē sanitas in eovlla Et h̄ q̄dē gui⁹ ꝛ dolēdũ nimis. q2 totiplicik eũ ꝑsequũk q̄ ab eo xp̄iani noiank. Uere amici tui ďs et ꝓximi aduersũ te appropinq̄uerũt et steterũt. Btũs q̄ȝ aug⁹. in ser. de passiõe q̄ incipit. Qď taceri. ad idē ait. Pēdens in lig̃ irrisus. sedēs i celo adorak. an forte adhuc irridek. etiã nõ est irascēdũ iudeis q̄ yl' morientē derisert nõ regnantē. Quis ē q̄ xp̄m irridet vtinã vn⁹ esset. ꝛ vtinã duo. vtinaȝ nũerari possent. tota palea aree irridet eũ. gemit triticuȝ irrideri dñm. Sed nũc cessate o miseri cessate. sat; iã passus ē. sua spõte oēȝ ꝓ vobis fudit sanguinē. cur mõ inuitũ lacerat;. Certe ñ in illũ tela iacit;. mag; i vosipsos reuertunk. Si nõ illi. tñ vob̄ parcite. videbitis eũ aliqñ i maiestate mag̃ veniētē. ꝛ se de vniuersis suis inimic; potētissime vindicantē Terribil' quedaȝ expectatio iudicij relinq̄k. ait apl'us. et emulatio ignis. q̄ ɔsũptura est aduersarios. Nã si irritã q̄s faciens legē Moysi sine vlla miseratõe duob; aut tribus testib; morik. q̄to mag; putat; deteriora mereri supplicia q̄ filiũ dei ɔculcauerit ꝛ sanguinē testam̄ti pollutũ duxerit. in q̄ scrificat⁹ est. per multiplicez vicȝ recidiuã. et spũi gr̄e ɔtumeliaȝ fecerit. ꝑ tãtã ingratitudinē. q2 michi vindictã ait dñs ꝛ ego retribuã. Horrendũ est aũt incidere in man⁹ dei viuent;. ad Heb. x. Heu q̄ dicti sũt xp̄m sue volũtati traditum. rursum crucifigendo suũ faciũt

ꝯdēnatorē quē ꝯpatiēdo po
terant hr̄e benignissimū sal
uatorē Quos nos carissimi
fugientes ac tanta facinora
horrētes xp̄m ih̄m nr̄e volū
tati traditū suscipiamꝰ.suaz
passionē p verā cōpassionē
nostrā faciamꝰ.ꝛ sic cū illo h̄
ꝯpatiamur q̄tinꝰ etiā cuz eo
exaltati nomē.filiorū dei q̄d
est sup oīe nomē ꝯseq̄mur
Et reuera nichil iustiꝰ nihil/
q̄ꝫ debituz magꝭ q̄ꝫ cōpati ei
q̄ nō p se sed tm̄ p nob̄ patit̄
Ad q̄d etiā nos insensibilia
instruunt elemēta. Pendēte
em̄ in patibulo creatore ait
Leo papa in ser.xj. de passi/
one.vniuersa nata cōgemu/
it.ꝛ crucꝭ clauos oīa sit̄ sense
rūt elem̄ta.nihil ab illo sup
plicio liberꝝ fuit.h̄ i cōicatōe
sui ꝛ terrā traxit ꝛ celū.h̄ pe/
tras rupit.monumēta pate/
fecit.inferna resera uit. den/
saꝝ horrore tenebraꝝ radi/
os solis abscōdit. Debebat
em̄ h̄ testimoniuz suo mūdꝰ
auctori. vt in h̄ casu ꝯditorꝭ
sui vellēt vniuersa finiri. hec
Leo. Non ḡ mirū ait Ansel.
si sole ꝯtristato tu ꝯtristarꝭ.
si terra ꝯtremiscente tu con
tremiscis.si scissis saxis cor
tuuz scindit̄. si flentib9 iuxta
crucem mulierib9 tu' cōlacri
maris. Considera ḡ tu o hō
redēpte q̄s q̄ntꝰ et q̄lis est q̄
p te pendet in cruce. Cuius
trāsitū ꝛ celū luget ꝛ terra et
lapides duri q̄si cōpassione
scindunt̄. Cuiꝰ mors mortu
os viuificat.ꝛ quē oīs crea/
tura suū dn̄m ꝯfitet̄. O cor
hūanū oīm lapiduz duritia
duriꝰ si ad tanti rememora/
tionē piaculi nec terrore cō/
cuterꝭ nec ꝯpassiōe afficeris
nec ꝯpunctiōe scinderꝭ.nec
pietate molliris. Un̄ ꝛ Hie
ronimꝰ sup Matth.ait. Ois
creata xp̄o moriēti ꝯpatitur
sol obscurat̄.terra mouetur
petre scindūt̄.velū tēpli di/
uidit̄.sepulcra aperiunt̄.sed
solus miser hō nō ꝯpatitur.
Et btūs Ber.in ser.d̄ sacra/
mento altaris ait. Mortem
ꝓpter nos subire voluit qui
peccata nostra sup lignū su/
stinuit in cruce sua.scilicꝫ pe
nam peccatoꝝ .cuius liuore
sanati sumus Quid facꝭ hō
indigne.q̄d facis hō ingrate
Adora deuotius.recole fre/
quentius salutez mūdi pro
te passam.vitam pro te mor
tuam.fortitudinē infirmatā
Si membrū christi es com
patere capiti tuo.Si frater

xp̄i es cōmorere fri tuo. plā
ge. dole cū geitur lacriis sup
mortē p̄ciosaꝫ vnigeniti dei
p̄ris. Alioq̄n si ñ doles. si nō
plāgꝭ. si nō ꝯpaterꝭ. deliras.
degeneras. beluā sapis. letar
giā paterꝭ. hoiez diffiterꝭ. ſꝫ
ꝛ brūs aug⁹. i q̄dā ser. ꝺ pas/
siōe q̄ icipit Nō taceri ꝺs no
luit. Temp⁹ ē lugēdi. passio
dñi celebrat̄. tps ē gemendi.
tps flēdi. tps ꝯfitēdi. tps de
p̄cādi. Et q̄s nr̄m idone⁹ ad
effundēdas lacriīas ꝓ digni
tate doloꝝ tāti. Nam ꝛ ꝓpha
sit. Quis dabit aquā capiti
meo. ꝛ ocul' meis fōtē lacriā
rū. Si ꝓo fōs lacriaꝝ eēt in
ocul' nr̄is nec ip̄e sufficeret.
Hec aug⁹. Sed forte dicis
quō xp̄o ꝯpati poto quō illi
ꝯdolere. q̄ nūc lōge fact⁹ ab
oī dolore ꝛ tristicia. regt̄ oīm
plen⁹ gaudio glo̊sus in celo
Neqꝫ eīm miles strenu⁹ filio
suo fortit̄ ꝯ iimicos pugnā/
te ꝛ per dura vulnera ꝯ eos
triūphāte p⁹ ꝑactū triūphū
at plene recuꝑatā sanitatez
cōpatit̄. q̄nimo ꝯgaudet ve/
hemēt̄ ꝛ ꝺ fortitudie ꝓbata
filij. de glīa triūphi. de acq̄si/
tiōe spolij ꝛ subiugatiōe ini/
mici. Ita iustior nob̄ videt̄
letādi rō de passiōe dñica. et

ꝓpt̄ xp̄i exaltatōꝫ ꝛ glīaꝫ ꝓpter
qꝺ de⁹ exaltauit illum ꝛc. ait
apl's ad Phil. ij. ꝛ ꝓpt̄ crude
lissimā subieccōꝫ atꝫ destru/
ctionē inimici. ꝛ ꝓpt̄ nr̄aꝫ re/
dēptōez. Preterea cū dolor
ꝛ tristicia q̄ i ꝓposito ꝓ eodez
reputāt̄. q2 ꝯpassio magꝭ tri/
sticia q̄ꝫ dolor ꝓprie dicta est.
Cū ꝗ tristicia ſm Aug. vt s̄
dictū ē. est q̄daꝫ dissensio ani
mi ab his rebꝫ q̄ nob̄ nolen/
tibꝫ accidūt. Passio eīm xp̄i
nō est a nob̄ nolita. sꝫ magis
volita velut redēptio nostra
Nā cū eīm petr⁹ nolebat ꝛ ar/
gut⁹ est a dño. audiuitqꝫ. va/
de retro sathanas. q2 scāda/
dalum es mihi. q2 nō sapis
ea q̄ sunt dei sed ea q̄ sūt ho
minuꝫ. Matth. xvj. Deniqꝫ
sic p̄res nr̄i hāc xp̄i passionē
futurā desiderabāt ꝑ quā se
nouerāt saluādos Vñ Esa.
liij. ꝺr ex ꝑsona coꝝ. Deside/
rauim⁹ eū despectū ꝛ nouis/
simū viroꝝ ꝛc. Et iteꝝ. Ve/
ni ꝛ libera nos. Laxa facino
ra plebis tue. et filijs multa.
Nouerāt āt nō nisi ꝑ passiōez
xp̄i'm liberatuꝝ. vt manifeste
patet ꝑ Esaiam. liij. Cuius
liuore sanati sum⁹. Et seq̄t̄.
Si posuerit ꝓ pctō animaꝫ
suam videbit semen lōgeuū

zc. Ex q̄z etiā psona deuot⁹ ille passiōis cultor Ber. ser. ij. d̄ natiuitate q̄i ad passio/nē d̄nm inuitans ait. Aperi tu libꝛ agne di. mãsuetudo ꝑa. fodiēdas expone iudeo man⁹ ꝛ pedes. vt ꝑcedat q̄ in eis latet thesaur⁹ salutꝭ ꝛ co piosa redēptio. Frāge deni/ꝙ esurietibꝫ panē tuū. solus ei frāgere potes q̄ sol⁹ vt cō/fracta ꝯsolides stare potes. zi ipa ꝯfractōe sol⁹ ptātē ha bes ponēdi aïaꝫ tuā. ꝛ cum volueris resumēdam. Tua ḡ miseratōe soluat aliq̄ten⁹ tē/plū h̄. sꝫ nō penit⁹ dissoluat. Sepeꝭ ab ania caro sꝫ ꝑbū sane ꝛ carnis seruet incoꝛru ptionē ꝛ aïe plenā ꝯferat li/bertatē. vt sola int̄ moꝛtuos libere agat. educens victos d̄ domo carcerꝭ. sedētes ī te nebꝛꝭ ꝛ vmbꝛa moꝛtꝭ. ponat aïa sctā carnē īmaculatā. sed resumēdā tertia die. vt mo/riēs moꝛtē pimat. ꝛ vita bo minū cū resurgēte resurgat. Hec Ber. Sic ḡ pr̄es desi/derabāt fuꝭaꝫ. ita ꝛ nosvo/lum⁹ ꝛ gaudem⁹ esse factam. Jō vbi sup̄ subdit Ber. Jta factū ē dilectissimi. ꝛ ita fac/tū gaudeā⁹. moꝛte illa moꝛs moꝛtua ē ꝛ regenerati sum⁹ in spem vite ꝑ resurrectionē ih̄u ex moꝛtuis. Stultuꝫ ḡ videꝭ ad h̄ meditari xp̄i paſ/sionē. vt doleā⁹. vt lacrimaſ educā⁹. cū de ea re quā n̄ no lum⁹ sꝫ volum⁹ factā esse tri/stādū nō sit sꝫ gaudēdū. Ec ce n̄ modica rō dubij ex op/positꝭ sctōꝝ dictꝭ oꝛta. Quā nihilominꝰ ex eoꝛūdē aucto/ritatibꝫ dissolue⁹ dicētes. ꝙ de passiōe d̄ni ꝛ gaudēduꝫ ē ꝛ dolēdū. Sic ꝛ ipe d̄ns de ea gauisūs ē. et nichilomin⁹ doluit vehemēt̄. Exultauit inq̄t ꝑꝑh̄a vt gigas ad currē dū viā. ꝛ tn̄ ait. Tristꝭ est aïa mea vsꝙ ad moꝛtē. ideo etiā añ passiōis sue diē voluit cū ingēti gaudio ꝑpl'i cū laudi/bus ꝛ cāticꝭ atꝙ palmaꝝ ra mis ſcipi. Jnt̄ q̄ tn̄ gaudia visa ciuitate bierl'm dīgt⁹ est lacrimari. vt h̄ēꝭ Lu. xix. sig nās se cū desiderio atꝙ coꝛ/dis gaudio venire ad passio nē. vt pdit⁹ hō redimereꝭ. et nibilomin⁹ de sui coꝛpis se/uissima lesione ac pctōꝝ ob/duratōe vehemēti⁹ ꝯtristari et ob h̄ etiā eccl'a sp̄ōsi sui in herēs vestigijs. ꝑcessioni so lēni in die palmaꝝ. que f̄m Ber. gaudiū figt. copulat of ficiū de passiōe q̄d passionē

ↄcitat. Habet enim ait Bern. ser. j. de ramis pal. processio plausum. passio planctum. ad mystice designandum quod dni passionem gaudendum nobis est pariter et dolendum. Quod gaudendum nobis sit. his sanctorum testimoniis approbatur. Ait enim beatus Leo ser. v. de passione. qui incipit. Sacramentum dilectissimi. Lugeat carnalis iudeus. sed spiritualis gaudeat christianus. et festiuitas que illis est versa in noctem. nobis choruscet in lucem. quoniam crux christi eadem est et credentium gloria et non credentium pena. Quamuis enim persequentium furor nihil aliud in dominum maiestatis operatus est quam atrocem crudelitatem et immite supplicium. Redemptis tamen hac dni passione verior iustiorque ratio letandi quam dolendi. Et sequitur. Absit a fidelium mestitudine paschalis est obscuranda solennitas. nec cum tristicia gestorum ordo recolendus est. cum ita dominus vsus sit malicia iudeorum. vt de intentione facinorum voluntas sit impleta miserentis. Si in exitu israel de egypto agni sanguis fuit restitutio libertatis. et sacratissima facta est festiuitas quod per hostiam pecudis iram auerteret vastatoris. quanta amplius christianis ↄcipienda sunt gaudia pro quibus oipotens pater filio suo vnigenito non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit eum. vt in occisione christi pascha esset verum et singulare sacrificium. quo non ex dominatione Pharaonis vnus populus. sed ex diaboli captiuitate totus erueretur mundus. Hec Leo. Et beatus Joh. crys. omel. xj. Hodierna inquit die dominus noster pependit in cruce significans crucem to[...]spiritualis gratulationis esse substantiam. Etenim ante ipsum vocabulum crucis pena fuit. sed nunc ad gloriam nuncupatur. Hinc et apostolus ad Gal. vj. Mihi inquit absit gloriari nisi in cruce dni nostri ihesu christi. Item Bern. in ser. de eucharistia ait. Christe ihesu mortis tue memoria tanquam opus pigmentarium. quasi thus redolens in diebus estatis. quasi regio aromatum quam purget estus solis. et quasi flores rosarum in diebus vernis. et quasi lilia que sunt in transitu aque. omnia hec quibus passionis memoriam comparat. iocunditatem habent non tristiciam. Gaudendum ergo nobis est de christi passione nihilominus et compatiendum non vno atque eodem respectu. sed diuersis. De quo magister dist. vi. li. j. sniarum. questionem soluens que queritur. vtrum viris sanctis placere

debuerit q̈ xp̄us pateret vl' occideret. dicit. debuit placere eis. sed nõ intuitu ipsi⁹ cruciatus. Voluerunt ergo et vehementer cupierunt xp̄m mori ꝓpter liberatiõez hoīs ⁊ impletõem diuine voluntatis. sed nõ voluerunt dilectione afflictiõis ipi⁹. De eodem g̃ letabant ⁊ tristabant s3 ob aliud gaudebant ⁊ ob aliud dolebant. Volebant xp̄m mori ꝓ hoīs redemptione et tamen de morte ipsi⁹ diuersis causis corda eorū varie mouebant. Et sequit. Illius passionez credentiū pie mentes voluerūt fieri sicut futurum credebāt. Ecce quo respectu passio christi a nobis volenda est. inquantum. s. per eam patris immo totius trinitatis gloria clarificata et voluntas impleta est. inquantū per eam bomo christus exaltatus est. et recepit nomen quod est sup omne nomen. vt in nomine eius om̄e genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. inquantū per eā angelica ruina reparata est. in quantu3 per eam perditus homo ac perpetue damnatiōis vinculis compeditus inuent⁹ est solutus et hereditati ꝓdite restitutus. et sic de aliis fructibus passiōis. Sed nunc videamus quo sit respectu compatiendum et condolendū. Nam q̈ patienti christo compatiendū sit iam multis testimoniis ē ostensum. Cui etia3 apostolica auctoritas accedit. Ait em̄ Petrus. Christo passo in carne. et vos cadem cogitatione armamini. s. Pe. iiii. Paulusq3 ad Roma. dicit. Ipse em̄ sp̄us reddit testimoniu3 spiritui nostro q̈ sumus filii dei. Si autem filii et heredes. heredes q̄de3 dei. coheredes aute3 christi. Si tamen cõpatimur vt et simul conglorificemur cum illo. Et ad Heb. xiii. Ihs vt sanctificaret ꝑ suū sanguinē ꝓplm suū extra portā passus est. Exeam⁹ igit ad eū extra castra improperiū ei⁹ portātes. ⁊ similia. Quia g̃ cõpatiendum illi est. cōsiderandū qūo id fieri debeat atq3 possit. Ubi aduertendu3 q̈ dupliciter possumus compati patienti christo Uno modo passioni illius condolendo. Alio modo cõpassionē eius imitādo. ꝓmū agim⁹ cum ex

boꝝ memoria q̄ passus ē do
min⁹ in nob̄ tristiciā q̄ndam
excitam⁹ siue displicentiā q̄
cor nostꝝ affligēdo vice q̄lis/
cūqꝫ r̄pēdende ḡtitudis mo
lestiā hanc int⁹ assumim⁹. vt
aliq̄ntulū illi ꝯformemur q̄
p nr̄a salute ꝑtulit vniuersa
Est em̄ tristicia i nob̄ q̄n̄ ꝑ
intentā meditatōꝫ ac distin
ctā p̄n̄tiā nob̄ facim⁹ in fan/
tasia ea q̄ illata sūt xp̄o. ac q̄
bus ip̄e afflict⁹ ē p nob̄. Hec
dū nob̄ displicēt simpl̄r vel
ex ꝯditōe. ꝛ tm̄ consideratiōe
sunt p̄n̄tia generāt in nobis
tristiciā ꝛ dolorē. vt ex supra
dictis patet. Sꝫ forte dubi
tas. q̄ nob̄ displicere possint
ī passiōe xp̄i. dicendū breuit̄
ħ displicet q̄d nolum⁹. Pri/
mū ḡ est ꝙ passionē xp̄i sim/
plicit̄ nō dēm⁹ nolle. Nam si
simpl̄r eā noliem⁹ iā volūta/
tem nr̄aꝫ volūtati illi⁹ diffor
marem⁹. Nā ip̄e oblat⁹ ē q̄a
voluit. et q̄d ipse voluit nos
nolle nō dēm⁹. Nō ḡ de illa
dolēdū ē aut tristādū tanq̄ꝫ
d̄ re nolita simpl̄r. sꝫ magis
sic nob̄ ē gaudēdū. Ut ḡ bre
uiter dicā⁹. oīa illa possum⁹
ꝛ dēm⁹ nolle simpl̄r. vl̄ ex cō
ditione q̄ ꝛ q̄ūo noluit xp̄us
passus. ꝛ ita d̄ omīb⁹ his tri

stari d̄ q̄b⁹ sua aīa ꝯtristabat̄
Hec āt q̄ sint q̄re s̄. Et ħ re/
memorādo breuissime r̄me
morātib⁹ ea q̄ ꝑtulit xp̄s oc/
curr̄t m̄lta. Primū lesio xp̄i
corꝑalis siue etiā fame ꝑ cō
uicia ꝛ irrisiōes. quā lꝫ vt su
sceptā a xp̄o nō nolum⁹ sim/
plicit̄. nolum⁹ tm̄ eā ex ꝯditi/
one. vellem⁹ em̄ ħ xp̄m p no
stra liberatōe pati nō opor/
tuisse. si oīa cet̄a eq̄ iusta p/
spera ꝛ ꝑ se appetibilia fuissēt
siue ea nolum⁹ etiaꝫ tā seua
xp̄i vulnera nat̄ali q̄daꝫ de/
clinatiōe q̄ nat̄alit̄ q̄s r̄fugit
ꝛ horret vulnera nedū i seꝫ
i ꝓxio. maxie āt amico. Hec
āt nolitio ꝯditionata ꝛ hor/
ror nat̄alis s̄m p̄dicta suffi/
ciūt ad causandū tristiciam.
dū q̄ sic nolum⁹ accidē vl̄ ac
cidisse apprehēdim⁹. sic de vi
dēte aliū incidere vl̄ secari a
medico aut ꝑ̄ycere merces
Occurrit deniqꝫ offensa filij
dī ꝛ sūme trinitat̄ ꝑ ħ singu
lare pctm̄ crucifixoꝝ iudeo/
rū ꝛ gētiliū. dū viri impij vt
ait Bern̄. ser. de passiōe. virū
iustū iniuste occider̄t. ꝛ sacri
legas man⁹ i ip̄m dei filiū in
iecer̄t. Ad q̄d expalluit et ex
pauit tota machina mūdial̄
et pene i antiquū chaos sūt

oia reuoluta. Et h̄ simplicit̄
nob̄ dz ⁊ maxie dz displicere
Occurrit ⁊ igratissima xp̄ia
noꝝ mltitudo. filiū dei ostē/
tatui habēs ⁊ sibimetipi rur
sum crucifigēs. vt ē̄ tactū est
q̄ꝝ pctā et maxie ꝑp̄a. q2 dei
offensiua. merito tristiciā in
gerūt ⁊ dolorē. ⁊ alia multa.
vt coꝝ dānatio ⁊ sanguinis
xp̄i frustratio. q̄ lōgū est oia
enarrare nob̄. cuz animi nr̄i
dissensiōe occurrēt. ⁊ ꝑ ꝯn̄s
in nob̄ tristiciā generabunt
Pl⁹ plusqꝫ durioꝝ q̄ passus
ē meditatio. q̄ etiā alios plu
rimos hn̄t fruct⁹. q̄ꝝ decla/
ratōez alias cēsui refuandū
Jō āt Ber. ser. xliiij. sup can
tica ait. Tu si sapis imitabe
ris spōse prudētiaz. atqꝫ hūc
mirrhe fasciculū d̄ penetra/
li tui pectoꝝ. nec ad horā pa
tierꝭ auferri. Amara illa oia
q̄ ꝑ te ptulit sp i mēoria reti/
nēs. ⁊ assidua meditatōe re/
uoluēs. ⁊ etiā q̄ sequūt. Cō/
pati deniqꝫ debem⁹ xp̄o pas/
sionē ei⁹ imitādo sicip̄e ad/
monuit Qui nō accipit cru/
cē suā ⁊ seq̄t me. nō ē me dig
nus. Math. x. Jmitat̄ autē
xp̄i passionē. q̄ ꝓpt illū sine i/
termissiōe morit̄ diabolicis
illusiōib⁹. mūdi illecebris et

concupiscentijs sue carnis.
Morit̄ dico. nō ꝯsentiendo
sz viriliť expugnādo Ad q̄d
nos hortat̄ apl's. Mortifi/
cate inq̄t mēbra v̄ra q̄ sť sup
terrā. Que. seq̄t. fornicatōez
imūdiciā. libidinē. ꝯcupiam
malā. auariciā. irā. indigna/
tionē. maliciā. turpē s̄monē.
Hec eni͞ sunt mēbra veteris
hois. ꝓpt q̄d seq̄t. Expolian
tes vos veterē hoiez cū acti
bus suis. h̄ ē. mēbrꝭ s̄ dictis
Jtē ad Gal'. v. Qui āt sť xp̄i.
carnē suā crucifixerūt cum vi
cijs et ꝯcupiscētijs. Et. ij. ad
Coꝝ. iiij. Sp inq̄t mortifi/
catōz ihu xp̄i i corpe nr̄o cir
cūferētes. vt ⁊ vita ihu i cor
porib⁹ nr̄is maifestet̄. Hūc
cōpatiēdi moduz btūs Leo
papa ser. xviij. de passione. q̄
incipit. Sacrā dilectissimi
satꝭ late tradidit. int̄ cet̄a di/
cēs. Quis xp̄m passuz. mor/
tuū ⁊ resuscitatū colit. nisi q̄
cū ip̄o ⁊ patit̄ et morit̄ et re/
surgit. Siq̄dē pacē cū h̄ mū
do nisi amatores mūdi hr̄e
nō p̄nt. ⁊ nulla vnqꝫ iniq̄tati
cū eq̄tate cōmunio. nl'la mē/
datio cum veritate ꝯcordia.
null⁹ ē tenebris cū luce ꝯsen
sus. maligꝝ q̄z spirituū ad/
uersus sctōs insidie nō quie

scũt.ꝛ siue occulto dolo siue
ꝑgto ꝑlio i oib fidelib ꝓposi
tũ volũtatꝫ infestãt. Inimi/
cum nãqꝫ illis est omne q̃d
rectũ. om̄e q̃d castũ est. Xp̃i
ĝ cultores mortificatꝫ cupi/
ditatib. crucifixis corpis sẽ
sib. ad nullũ hostium metũ
ad nullũ inclinãt obsequiũ.
voluntatẽ eĩ dei sibi ꝑferũt.
ꝛ tãto amplius se amant q̃nto
amplius ꝓ dei se amore nõ
amãt. Cũqꝫ audiũt diuinit
sibi dici. Post cõcupiscẽtias
tuas ñ eas. ꝛ a volũtate tua
auerte. diuidũt affect suos
ꝛ legẽ mẽtꝫ a corpis lege di/
scõdũt. vt ex q̃dã se pte sibi
denegẽt. ꝑdẽtes sei his que
carnalit ꝯcupiũt. ꝛ inueniẽ/
tes se in his q̃ spũalr ꝯcupi
scũt. Hec Leo. Ad hunc pa
tiẽdi modũ nos dirigit scri/
ptura in sup̃ allegatꝫ ꝛ aliis
multꝫ. Nã postq̃ petr dixe/
rat. Xp̃o i carne passo ꝛ vos
eadẽ cogitatõne armami. q̃i
exponẽs q̃ dixit addit. quia
q̃ passus est in carne desiit a
pctis. vt non iam desideriis
hoim sꝫ volũtati dei q̃d reli
quũ est in carne tpis viuat.
Ad idẽ facit q̃d. c. ii. eiusdem
eplę scribit. Xp̃s inq̃t pass
est ꝓ nob. vobis relinquens

exemplũ vt seq̃mini vestigia
ei. in q̃ seq̃r. vt a pctis mor/
tui iusticie viuam. sic et ille
pctm̄ nõ fecit. nec inuẽtus ẽ
dol i ore ei. Silr q̃d paul
dixerat. si tñ ꝯpatimi. ptinet
ad id q̃d s̄ dixerat. si fcã car
nis mortificaueritꝫ viuetis.
fm glosam h̃ in idem tendit
cũ ad Hebre. scribẽs dicerꝫ
Exeam extra castra. sic dic
glo. extra castra corpis mor
tificãtes mẽbra cũ viciis et
ꝯcupiscẽtiis portãtes patiẽ
ter iproperiũ ei ꝯstãt suffer/
te oĩa aduersa vsqꝫ ad mor/
tẽ ꝓ xp̃o illata. Hoc ĝ i sum/
ma est ꝯpati xp̃o ꝑ imitatõꝫ
viriliť resistere et nullaten
ꝯsentire q̃buscũqꝫ a lege xp̃i
trahẽtib siue ꝯcupiscentiis
aut suggestiõib internis si/
ue blandimẽtis aut ꝑsecuti/
onib externis. q̃d q̃ fac mo/
lestias mltas patir int ꝛ fo/
ris. q̃ ferẽdo ꝓpt xp̃m seip̄m
crucifigit. ꝛ sibi morir. viuit
ãt xp̃o cui ꝯpatir. h̃ ꝯpassio
p̃ncipalior est p̃ore ꝛ magis
necessaria. sine q̃ p̃or nõ suffi
cit. q̃ em̄ sic xp̃o nõ ꝯpatitur.
iam nõ ꝯpatiẽdo xp̃m cruci
figit. Ad hãc ãt p̃ma ordina
tur et disponit. qꝛ oĩa facile
vincit. oĩa tolerabilia nobis

nob efficit passio xp̄i deuote
meditata. iō volens hortari
ad scd̄m modum ꝯpassiōis
btūs Petrꝰ ꝑmisit Xp̄o pas/
so ī carne ⁊ vos eadē cogita/
tione armami. q̄a cogitatio
eiusdē passiōis arma nr̄a sūt
q̄bꝫ ꝯ oīa aduersa tolerāda
ꝑ patientiā armamur. Hinc
Grego. in omel. Nihil adeo
graue q̄d nō eq̄nimiter toleret si
xp̄i passio ad memoriam re/
ducat. Ita agamꝰ charissimi
xp̄i deuote passionē et iugiter
meditemur ⁊ cōdoleamꝰ illi.
sꝫ ⁊ patiēdo ⁊ laborādo imi/
temur eū. ne vnq̄ꝫ a via quā
mōstrauit declinemꝰ. Vn̄ si
qn̄ obseruātie xp̄iane quis
sentiat se limites excede vel/
le et in id cupiditates suas
tēdere q̄ eū a recto itinere fa
ciat declīare. recurrat ad cru/
cem dn̄i. ⁊ ligno vite motus
noxie volūtatꝫ affigat ac vo/
ce ꝓphetica ad dn̄m clamet ⁊
dicat. Cōfige clauis timorꝫ
carnes meas. a iudicijs em̄
tuis timui. Hoc aūt est cla/
uis timoris dei carnes hr̄e
ꝯfixas. corporeos sensus ab
illecebra illiciti dsiderij. sub
metu diuini ꝯtieri iudicij. vt
q̄ resistit pctō. ⁊ ꝯcupiscētias
suas ne q̄d morte dignū ope

ret interficit audeat cū aplo
dicere. Mihi mundꝰ cruci/
fixus ē. ⁊ ego mūdo. Et iterꝫ.
Mihi viuere xp̄s est. ⁊ mo/
ri. s. ꝓ illo. lucꝫ. Magnū lu/
crū vbi ꝓ mori pctō datur
xp̄s vita gr̄e ⁊ iusticie et gl'e.
Dat em̄ volūtati sue dn̄s ie
sus. ipaꝫ volūtatē ꝑ grām li
berās. ꝑ iusticiā eleuās. per
gl'iaꝫ eternaliter beatificeq̄ꝫ
coronās. quā oībꝫ suo acq̄si
uit agone ⁊ triūphali morte
crucis hodiernaq̄ꝫ amarissi
ma passiōe di filius dn̄s nr̄
ih̄s xp̄s. cui cū eodem patre
⁊ spū sancto sit laus gl'a ho/
nor ꝟtus ⁊ victoria ꝑ eterna
secula seclorꝫ. Amen.

Alia introductio sub alio theate. Proprio filio suo nō pepercit de⁹.

Inter oīa ope ra miscdie dei q̄ ab initio se culi saluti sūt impēsa morta liū nihil ē mirabili⁹ nihilq₃ sublimi⁹ q̄ q̄ p mūdo cruci fix⁹ ē xp̄s. vt ait Leo. Unde xp̄iane spei sa rō et p̄ncipal causa crux xp̄i ē. q̄ lz iudeis sit scādalū. gētib⁹ aūt stulticia Nob tū dei v̄tus est et dei sa piētia. Uñ summū h̄ et potē tissimū diuinum miscdie sa cramentū. sp quidē in cordi bus nostris cū tota sua dig nitate retinendū est. s₃ nunc viuaciorē animi sensū et pu riorē exigit mēt₃ intuitū. qn̄ illud nō vt p̄teritū s₃ vt nūc p̄sens f̄m institutiōem sācte matris ecclē celebram⁹. Q̄uis aūt dominice passionis sacramentū plenissimum sit om̄i sp̄uali ɔsolatōne et do ctrina. inueniatq₃ in ea recol lecta refectiōem vnusquisq₃ f̄m cordis sui affectū. amore succēsus sancti ignis fomē tum. infirmus medicamen tum. tumidus spei baculu₃ consolatōem turbat⁹. illumi natōe₃ cec⁹. liq̄factiōe₃ indu ratus. vt sit ipa passio b̄ndi cta om̄ia in om̄ib⁹. Tamen q₃ ad singula tractanda tē pus angustū est. vt histori e veritatē p̄sequamur. ceteris omissis ea attēti⁹ ɔsiderem⁹ q̄b⁹ tanti doloris amaritu dinē cogitam⁹. ad q̄d ꝓposi tum michi seruit verbulum apostoli ad Roma. viij. scri ptum. et totiēs in diuino of ficio repetitū. Proprio filio suo nō pepcit deus ⁊c. In q̄ quidem v̄bo. ⁊ si paterne pie tatis ineffabilis municen tia q̄ vnigenitum suū p pec catorib⁹ ⁊ inimicis tradidit manifestat. sicut scriptū est. Cū adhuc inimici essem⁹ re cōciliati sum⁹ deo p mortem filij ei⁹ Romanoꝝ. v. nihilo minus tamen et passionis domini amaritudinē si attē dat diligentius representat cū patre₃ nō pepercisse filio ɔtestatur. Si eñ f̄m topicā phi. quod magis videtur in esse nō inest. nec illud quod min⁹ videt inesse inest. Par cere nulli ita inest sicut paren tib⁹ respectu filij ꝓprij maxi me vnigeniti sc₃. sicut ait per Esaiā dominus. Nūq̄d po test obliuisci mulier infantē

suũvt nõ misereak filio vteri sui. Si g̃ q̃ genuit nõ pepcit q̃s alr̃ pcere potuit? Habuit ãt dñs ihs ƀm duplicẽ natu rã duplicẽ generantẽ. ƀm di uinã habuit pr̃ẽ deũ. sic ipe dixit. Nõ dedit mihi pr̃ ma ius oibꝫ est. Ego ꝛ pr̃ vnum sum⁹ Joh. x. Scõm hũanã habuit iudeoꝝ gentẽ. Hinc dixit. Salus ex iudeis est. Joh. iiij. Neuter pepcit vter qꝫ pr̃ celestꝫ ꝛ iudeoꝝ pp̃ls in mortem ignominiosam tra didit ſꝫ nõ eadem intentiõe Pater q̃dez celestꝫ ex carita te eximia vt nobꝫ in eternuz parceret ꝓprio filio suo i paſ ſionis tpe nõ pepcit. teste fi lio Jo. iij. Sic pater dilexit mundũ vt filiũ suũ vnigeni tũ daret. vt oĩs q̃ credit in il lũ nõ pereat ſꝫ habeat vitaz eternã. Judei ṽo ex inuidia mortali vt illi nõ pcerẽt nec ſibipſis pepcerũt. Hic vox illa insanientꝫ pp̃lꝫ ad iudicẽ parcere volentẽ. Sãguis e⁹ sup nos ꝛ sup filios nostros Math. xxvij. Synagoga nõ pepcit testꝫ ẽ illa vox coꝝ totiẽs repetita. Tolle tolle. crucifige crucifige. ñ hũc di mitte ſꝫ barrabã. Testꝫ est ꝛ ꝓpha. Facta ẽ mihi heditas mea q̃si leo in silua. dedit ꝯ me vocẽ Hiere. xij. Etiaz summ⁹ pr̃ nõ pepcit probat vox clamorꝫ validi. Heli be li lamaazabathani. Et reue ra vbi pr̃ ille misericordiaꝝ nõ pepcit ad penã oĩa veni/ ebant. Si deus inq̃t apl's p nobis q̃s ꝯ nos. Ubi thẽa. Jta in opposito. Si deus ꝯ nos q̃s pro nobꝫ esse poterit Hinc etiaz q̃ videbãt esse ꝯsolatõis dño ad maioris augmentũ doloris fuisse cõ probant. sicut fletiũ mulie rũ sequela. quibus ait. Filie hierl'em nolite flere sup me. sed sup vos ꝛ filios vestros Luce. xxiij. Et ṽginis mr̃is tristissima p̃sentia. cui se sub dens. alium assignauit filiũ dicẽs. Mulier. ecce fili⁹ tu⁹. Jn oĩbꝫ g̃ penam inuenit q2 pr̃ ꝓprio filio suo non pe/ percit. quas vt cõpassiua mẽ te tractare possim⁹ patientez filiũ simul ꝛ cõpatientẽ ma/ trem nobꝫ datã imploremus dicentes deuotione intima Pater noster qui es in celis. Aue maria gratia plena do minus tecum.

Sequit alia introductio sub alio themate.

Intrauerunt aque vsq ad aiaz meã. ps. lxviij. Uerba hec sũt viri fm cor dei regij pphe pueri citharede Dauid. qui pphetico spũ tensam i salua/ toris mũdi corpe citharã tetigit. eiusq passionẽ ceteris clarius preuidit. z psalmoz suoz canticis designuit. de q etiã totũ ps. lxviij. degessit. In cuius pma porticula p thea/ te dicẽdoz pba assũpta eius dez passionis amaritudinẽ oim alioz afflictões excedẽtem quã p nr̃a salute miseri cordiarũ dñs hodierna die sua spõte subijt subtiliter et sũmarie ɔphẽdit. Aquã em tribulatõis afflictõz siml' et affligẽtes ac tribulãtes esse iam dudũ ac freqñt' scptura docuerat. de q etiam illud Esa. viij. Ecce dñs adducet sup eos aqs flumis fortes z mltas regẽ assirioz zc. Nul lus ãt tribulatio aiaz ita trãsfixit qũo aiaz xp̃i. Siqdem tribulatõis afflictõ aiaz dñi iesu xp̃i attigit quã hodie a corpe separauit. z h cõe cũ alijs martyrib habuit. qs afflicta etiã a psecutorib pẽa glorio sam pduxit ad mortẽ. vez ñ aiaz eoz itrauit. qz z si corpa acerba senserĩt tormẽta. anie tñ eoz ɔsolatões multimodas accepert. vt s. f. n. Solius xp̃i passio sic torrens fel/ le aiaz introiuit. a q ois ɔsolatio passionẽ alleuiãs ẽ subtracta. in q z si mr̃ pgo vtpote cui cũ vnigenito filio cor vnũ erat z aia vna satis multũq accessit. qm z de ipa pdictũ ẽ. Et tuã ipi aiaz ptrãsibit gladi. nõ tñ sine ɔsolatore reliqt q eã vnice electã dilexit. dũ iam iãq i cruce moriẽs custodẽ ac fuitorẽ discipulũ p ceteris dilectũ tradidit vice sua. Jpm vero dñm ita maris altitudo falsissimiz passionũ tẽpestas absorpsit ac penitus dimersit. vt subtraherẽt qcqd alleuiare. adderẽt qcqd dolores ac tristiciã potat augmẽtare. Jõ ait. Laboraui clamãs. vox clamoris erat Deli deli. Rauce facte sũt fauces mee. ppt humoris defectũ. arescẽte vt testa pr̃tute mea. Jõ defecerũt oculi mei p lacrimaz multitudie z violẽtia mortis dure. Uere itaq intrauert aque

vsq̃ ad aīaȝ meā̃. q2 vt alibi dr̄. Repleta ē malis aīa mea. Ad hāc āt passiōis vehemē/tissime historiā ẜm morē antiquū ꝯuenistꝭ Ita q̄so audite illū ꝑ nob passū vt et nos illi aut magꝭ vos i illo ꝯpatisatagatꝭ. ne saxis rigidiora inueniāẜ vr̄a corda. q̄ patiē/te dn̄o scissa sūt. Pendēte eī ī patibulo creatore. ait Leo in ser. xi. d̄ passiōe ꝛc̄. vt s̄. h. t Addaẜ auctoritas Ber. d̄ sacramēto. h. v. Et aug⁹. q̄ sta/tim seq̄ẜ ibidē. Adde reuera nō̄ sufficeret nisi ꝛ de īterio/rib9 aīe nr̄e scaturiret. Quippe cui nō satꝭ visū est ꝑ nr̄is pctis vniuersa extrinsec⁹ il/lata sustinere. nisi etiā passionis aq̄ intrarēt vsq̃ ad aīaȝ suā. digne nō rn̄dem⁹ nisi cō passiōis torrēs amaricet aīe nr̄e īteriora. q̄ ꝑus pctā nr̄a ꝑ q̄b9 ille passus ē fedauerẜt. Veꝝ nisi ille q̄ sol⁹ dare pōt aquā viuaȝ petētib9 fontem nob donauerit lacrimaꝝ in uanū nitimur. Jō ad illū fi/ducialr̄ recurram⁹ deuotissime rogātes vt q̄ sua passiōe mouit celū. terrā et inferna. nr̄a etiam corda scindere ac ad recte cōpatiendū digneẜ emollire. itercessiōe tristissi/me sue matrꝭ hodie sibi a ceterꝭ derelicto ineffabilib9 fletib9 ꝛ lacris assistētꝭ. Pro cu/ius ipetratōe dicam⁹ Pr̄ nr̄ et Aue maria. Intrauerūt aq̄ vsq̃ ad aīaȝ meā. Aquas illas passiōis xp̄i aīa redun/dātes ita nos suscipe cure⁹ ī nobis q̄uo ille suscipe est di/gnat⁹. Ip̄e eī ad pr̄is hono/rē ꝑ nob tātaꝝ aq̄ꝝ sustinuit impetū. nos ad illi⁹ honorē ꝛ nostrā salutē easdē aquas degustando compatiamur. quod vt fieri facilius possit Primo ꝛc̄.

Insignis dua

rum passionū dñi ihu chri/sti nostri saluatoꝫ. collectio quorundam diuiniverbi disertissimoꝝ p̄dicatoꝝ doctrinalis ꝛ deuotiōis excitatiua p die venerꝫ sancta scꝫ parasceuen. vtiqꝫ vulgo p̄dicabilis. ꝯgruētissima textualiter ex quattuor euangelioꝝ cō/cordantijs. ac pluriū sanctorum accuratissimis senten/tijs q̄ꝫ florentissime ꝓcedēs ꝑ partes et passus multiformiter articulis distincta.

Passio cuius/

dam diuini verbi concionatoris fecundissima pro cele/bri tempore diei parasceues ad populum p̄dicabilis plenam scp̄turaꝝ redolens suauitatem feliciter incipit.

Egre/dimini fi/lie syon et videte re/gē Salo/monez in diadema/te q̄ coronauit eū mater sua Canti. iij. Verba ista hodie cuilibet fideli anime proponuntur ad meditandaꝫ xp̄i amaram mortem per com/passionem. in qua vtiqꝫ flere magis libet q̄ꝫ aliquid dicere. Licet eīn quotidie habēda ē mēoria ꝯpassionis mortis eius. eo q꞉ nihil tam effi/cax ad curanda conscientie nostre vulnera. et ad purgādum mentis aciem. q̄ꝫ chri/sti vulnerum sedula meditatio. vt dicit btūs Bernardꝰ super cantica sermone. xliij.

Hodie tñ ante oc̄los no/bis spēaliter eiꝰ passio ama/rissima ponit̄ diligentius intuenda. vt ad gratiaꝝ actio/nes mens nostra excitetur. ꝛ xp̄o passo ꝓ nob̄ cōpatiat̄. Quia iuxta dictū prophete Ezechiel. xviij. Anima que nō fuerit afflicta die h̄ peri/bit de populo meo. Hodie nanqꝫ velū tēpli scissum est.

petre fracte. monumēta ap/ta. cōmota sūt oīa elementa. q̄si morte₃ filij̄ dei lugentia. Et si hec fecerunt irrōnabilia multo magis nos hoīes q̄ su mus ad eius imaginē creati ꝛ ꝑ passionē ei⁹ ꝛ mortē redē/pti ipi ꝯpati debem⁹. Natu/raliter eñ mēbra ꝯdolēt ca piti. rami radici. amicus suo amico speciali. Qñ dolem⁹ caput. os sibi subtrahit ciba ria. venter ardorē tenet die/tam. totum corp⁹ non q̄escit s̄m illud poeticū. Qñ caput egrotat tūc cetera mēbra do lēt. Caput nr̄m xp̄s est q̄ in/fluit nob sensum fidei ꝛ mo/tum caritatis. Hodie igit le/gitur caput nr̄m coronatu₃ spinea corona. vn̄ nō debēt viuere sub isto capite mem/bra delicate. Egredimī igit filie syon. s. anie fideles ꝛ de/uote ꝛ videte visu interiori. Tracta. regē Salomonē. s. xp̄m ver₃ pacificū q̄ ꝑ sāgui/nē crucis sine q̄ sūt in celi. siue q̄ in terris sūt pacificat. Ad Col. iij. Videte inquā cum mēte cōpassiua in diadema/te sc₃ corona spinea ꝛ passio nibꝫ illatꝭ. qua coronauit eū mater sinagoga iudeorum. morte₃ ei inferendo. Unde

Bern̄. sup code₃ v̄bo. Egre/diamur fr̄es ad eum q̄ extra portam passus est. Egredia mur inquā de obliuione ad memoriā. fasciculos mirrhe īter vbera collocātes. Egre/diamur ite₃ de ingratitudi ne ad gra₃ actōes clamān/tes ꝛ dicētes. Quid retribu am dño ꝑ omibꝫ q̄ retribuit mihi. Ego aute₃ vt de me in terim loquar. si meipsu₃ im/pendam tibi. nō ero ꝯdign⁹ ꝓuidentie tue Egrediamur deniq̄ d̄ amore carnis ꝛ ho nore mūdi. crucis ꝯtumelias imitātes. S₃ q₃ nihil possu mus sine grā. ideo oportet ipsam implorare. sed q₃ ipsā nō possum⁹ hodie a cōsueta virgine Maria implorare. nec ad eā recurrere. Primo. quia non est nobis audacia recurrendi ad eam. ꝯsidera/to q₃ eius vnigenit⁹ hodie ꝑ nob est vituperatus. flagel/latus. mortuus. et in crucis patibulo crucifixus. Unde ꝑter hoc ꝑdidimus audaci am. Itē q₃ etiam nobis de/ficit potētia. q₃ si volum⁹ eā salutare dicēdo Aue maria. quia aue significat sine ve. ab a quod est sine et ve. ipsa v̄o plena dolore et passione

o

vnigeīti sui pt rñdere q̄ ho/
die magꝫ ē plēa ve.i.tristicia ꝛ
dolore q̄ꝫ fuit aliq̄ creatura
mōi.ꝛ si volum⁹ dicere Ma
ria.i.amarū.maior ei multi/
plicabit dolor.ꝛ si volum⁹ di
cere Gr̄a plena. ipsa merito
poterit rñdere.imo plēa sū
oī dolore ꝛ tristicia.ꝛ si volū⁹
dicere Dñs tecū.ipa rñdebit
q̄uo ē dñs mecū.imo p̄dile/
ctus fili⁹ meus non tā q̄ꝫ de⁹
ſꝫ tā q̄ꝫ vilissim⁹ hō in cruce ē
appensus ꝛ cū iniq̄s deputa
tus ꝛ a me est a p̄ditore abla
tus. Sꝫ si dicim⁹. Bñdicta
tu i mulierib⁹. Ipa rñdebit.
imo hodie toti mūdo male/
dicta. Et si dixerim⁹ Bñdi/
ctus fruct⁹ vētr̄ꝫ tui. facim⁹
ei renouari ꝛ accrescere do/
lorē.imo apparet p̄fidis iu/
deis ei⁹ fruct⁹ magꝫ maledi/
ct⁹ q̄ꝫ vn q̄ꝫ fuit aliq̄s.ꝛ si dici
mus. Sctā maria ora p̄ no
bis Ipa dicet.ego nō possū
p̄ meo orādo filiū meum redi
mere.mlto min⁹ poto p̄ vob
hodie orare. Deficit etiā sci/
re ꝛ velle.q̄ est ita abscōsum
in mēte diuina.q̄ ip̄m alibi
hr̄e nō possum⁹. Vn̄ nō ha/
bem⁹ hodie recursuꝫ nisi ad
crucē q̄ sustinuit talē fructū
vn̄ signet se q̄uis signo sācte
crucꝫ in memoriā passionis
dñi nr̄i ihu xp̄i.et salutet ip/
sam crucem lacrimabili vo/
ce dicendo.

Gredimī

e filie syon et videte
regem Salomo/
nem in diademate quo co/
ronauit eū mater sua. Ad
passionē xp̄i et v̄bor p̄missō
rū introductōeꝫ intelligen/
dū est q̄ dñs nr̄ ihs xp̄s du
as habuit matres a q̄r q̄li/
bet dr̄ coronat⁹ Una mater
sua erat v̄go btā. de qua dr̄
Math.j. Cū esset despōsa/
ta mr̄ ihu maria ioseph. Et
h̄ mr̄ excessit ꝛ excedit oēs
matres. In electiōe.in cor/
ruptōe.in imperio.i honore
in affectōne ad filiū. Ab hac
mr̄e habuit xp̄s coronā no/
bilissime hūanitatꝫ. de q̄ co/
rona dr̄ Apoc.vj. Vidi ꝛ ec/
ce equ⁹ alb⁹. et q̄ sedebat sup
ip̄m habebat arcum et data
est ei corona In hac corona
erāt septē gēme siue lapides
p̄ciosi. Quor p̄m⁹ ē puritas
sine ꝯtagione. Secūdus p̄/
fectio. Tertius sapia Quar
tus miscdia. Quint⁹ ptās.
Sext⁹ fruitio. Septimus
serenitas. Egredimi igit fi/

lie syon. ꝛ videte regē purissi
mū. optimū. sapiētissimum.
misericordissimū. potentissi
mū. btissimū. ꝛ serenissimū.
Habuit xp̄s aliā matrē vel
poti⁹ nouercā. vicȝ synago/
gā iudeoꝝ. de q̄ ƀm carnē de
scēdit. Ab hac coronā xp̄us
habuit amarissime passiōis
ꝛ penalitatꝭ. in q̄ ad istar ƥo/
ris corone. silr septē erāt la/
pides siue gēme. vicȝ. Con/
temptibilitas. crudelitas. pe
naꝝ multiplicitas. penaruȝ
acerbitas. ꝑꝑt nobilem com
plexionē. qꝛ ɔcept⁹ d spūsctō
ꝛ format⁹ de purissimis san/
guinibꝫ btē Marie ꝟginis.
Unde sicut nl'la natura xp̄i
tenerior ita nul⁹ dolor aspe
rior cuicūqȝ homini. sȝ sicut
oculi se habēt ad alia mēbra
sic caro xp̄i tenera ad omnē
aliā carnē. Uñ q̇dam dicūt
xp̄m pl⁹ gustasse ictus flagelli
q̄ȝ Laurentiū ignis vrēs in
craticula. Quint⁹ lapis ē pe/
naꝝ ɔtinuatio. Uñ dicit In
laboribꝫ a iuuētute mea a p̄
sepio vsqȝ ad crucꝭ patibulū
Sextus lapis est malorum
societas. Nam cum iniquis
reputatus ē. Septimus la/
pis est auxiliȷ̄ destitutio. vñ
dicit. Circūspexi ꝛ non erat
qui adiuuaret. Oīes noti
mei quasi alieni recesserunt
a me. Aliȷ̄ eñi martyres di/
uinam receperunt consola/
tionem. sed sic non erat cum
xp̄o. q̄re iclamauit. De⁹ me/
us vt quid me dereliquisti.
Egredimini igitur filie syō
ꝛ videte regeȝ in diademate
opprobriose penalitatꝭ. quo
hodierna die coronauit euȝ
nouerca sua. s synagoga iu/
deorum. Idcirco ad ꝑfecti⁹
intuendum xp̄m ꝓ nob̄ pas/
sum in septē ꝑtes distinguā.
Sicut eccl'a in signum gra/
titudinis septē decantat ho
ras canonicas. et etiaȝ quia
ꝑ xp̄i mortē vniuersa nostra
delicta sunt deleta. que sepis
sime in scriptura ꝑ numerū
septenarium designantur.
Prima pars erit qualit̄ xp̄s
sit traditus. venditus. capt⁹
et dure vinculat⁹. Secūda
qualiter varijs iudicibꝫ cuȝ
multa cōtumelia sepe p̄sen/
tatus. Tertia qualiter post
multas et varias irrisiones
ad colūnam sit ligat⁹. in ea/
qȝ flagellatus spinisqȝ coro/
natus. Quarta qualiter ve/
stibꝫ sit spoliatus. crucifix⁹.
vilisqȝ inter latrones repu/
tatus. Quinta ꝑs qualiter

niāz p̄ri ꝯmēdauit. Mileſq̄ lat⁹ ei⁹ trāſfixit. Septa q̄lit̄ de cruce depoſit⁹ ſit linteiſq̄ īnuolut⁹. Septima q̄lit̄ honorifice ſepult⁹ atq̄ a iudeis cuſtodit⁹. In his ſeptē punctis ſtare videtur tota intentio quattuor euangeliſtarū paſſionem dn̄i ſcribentiū

Quantū ad p̄mū articl'm ꝓteſtor. q̄ lȝ tota vita xp̄i ab initio ſue ꝯceptōis ſibi paſſio fuit vſq̄ in horā ſue expiratōis. tn̄ magnalia illa opa ⁊ mirabilia miracula penas atq̄ opprobria q̄ in vita ſua a iudeis ſuſtinuit nō intēdo dicere. ſed antecedētia dumtaxat ad finalem paſſionem ſuccincte tangere volo. vt ſic circa eius paſſionē valeā diffuſius īmorari. Qua pteſtatione durāte vl' ſtāte ad itroducendā materiā dn̄ice paſſionis preoccurrit. Queſtio venerabil' Anſ. in li. Cur deus hō. ammirāt̄ cāȝ machinatōis iudeoꝝ in mortē xp̄i Vn̄ ſic q̄rerit. Cur iudei ſic perſecuti ſunt xp̄m vſq̄ ad mortez q̄ fuit deus ⁊ homo. et r̄ndet ſibiip̄ſi ex inſtinctu ſp̄ū ſſancti. Puto q̄ nō ſit aliq̄d aliud niſi ꝓpter veritatē ⁊ iuſticiā quā indeclinabiliter tenebat loq̄ndo. docēdo. viuēdo. Ip̄i ꝑo mali fuerūt. vn̄ xp̄s phariſeoꝝ. ypocritarū. necnō pontificū maliciā dure arguebat qn̄ vidit eos aliquā iniuſticiam exercentes. Igit̄ nolueꝛūt ꝑmitte viuere meliorē ſup ſe. ne ip̄i degeneres reputarent̄. ⁊ maxīe q̄ȝ miracula inuſitata fecit. vn̄ dixerūt. Joh. Quid facimus quia h̄ homo ſigna multa facit plus q̄ Moyſes aut aliquis ꝓphaꝝ vnq̄ fecit. Nam mutat aquā in vinū. Jo. ij. De q̄nq̄ panib⁹ pauit q̄nq̄ milia hoīm. Joh. vj. Curauit paliticum. xxxviij. annos in infirmitate habentem in ſabbato. Itē illuminauit cecum a natiuitate: q̄d a ſecl'o nō eſt auditum Joh. ix. Ambulat ſup mare nullū habēſ vehiculū. Expulit demonia a multis. ab vno hoīe legiōez. q̄ ſc̄m Jero. ꝯtinet ſex milia. ſexcentū. ſexagintaſex. ⁊ nūc ſuſcitauit Lazarū q̄driduanum fetentē in monumento a morte ad vitam. ꝓpter q̄d miraculū m'ti ex iudeis crediderunt in chriſtū. Quare dixerunt. Si dimittim⁹ euȝ ſic. omnes credent in eū. Idcirco conſilium inierunt di/

centes. videtꝫ q꞉ nihil ꝓficim⁹. tot⁹ mūd⁹ post eū abijt ⁊ ꝯfūdit nos vbiq꞉ Johan. xij. Si ꝑmittim⁹ eū in tali bōa opinione ⁊ fama venient romani ⁊ tollēt nr̄m locū ⁊ gētē. ſm Lyrā. Cōſiliū eoꝝ viciosum erat. Nam ꝑmo habuerūt dubitatōēz dicentes Quid facimus. Simon de cassia. Quia viderūt rōnez ad vtrāq꞉ ꝑtez. Ex euidētia em̄ miracloꝝ xp̄o mag̃ eſſet credendū q꞉ Moysi q̄ nūq꞉ tot ⁊ tāta signa fecit. Conſequēter eū sic veꝝ meſſyā recipere deberēt. Idcirco cū ei credere noluerūt remisit eos ad opatōēz miraculoꝝ dicens. Opera q̄ ego facio ip̄a testimoniū ꝑhibēt de me. q̄ſi di. Si vobis credere nolueritꝫ. saltē opib꞉ credite. Scdo in ꝯsiliādo habuerūt timorē de ꝑditōe dominij tp̄al᷑ dicētes Venient romani. Hoc ideo dixerūt. q꞉ ſm Orige. iudei tūc intēdebant romanis rebellare ⁊ eis tributa ampli⁹ nō soluere. Xp̄s āt ꝑdicabat nulli eſſe resistēdū Math. v Si q̄s ꝑcuſſerit te in vnam maxillā p̄be ei ⁊ alteram. Et itez. Qui vult tecū ī iudicio ꝯtēdere ⁊ tunicā tuā tollere dimitte ei et palliū. Et etiaz ꝑdixit cēſuz dari ceſari. Vn̄ timebant ne venientib꞉ contra se romanis nullus opponeret se ad resistenduz. et sic ꝑuarentur loco et dignitate Item quia romani ſm Albertum magnū et multi alij principes gentium ī magna reuerentia habebant tēpluz dn̄i. Nam legit᷑ q᷑ Alexāder cum semel hierosolimā festinaret capere ⁊ iudei impetū eius ꝑtimescentes. pontifex indutus pontificalibus ⁊ in capite habens cydarim. ſcꝫ mitrā in qua ſcp̄tuz erat nomen dei magnū tetragrammaton. obuiā ei ꝓceſſit vt ꝓ ꝑp̄lo supplicaret. quē Alexander vidēs statim de equo descēdit. ⁊ nomē dei adorabat ac pōtificē venerabat᷑. Et cū a ꝑncipibus et militib꞉ suis suꝑ h̄ argueretur ait Nō hominē ſꝫ deū adoraui. d̄s em̄ celi in hoc habitu mihi apparuit. ⁊ ꝑncipatum mihi promisit. ⁊ ideo romani ⁊ principes gentium hoc templum venerabant᷑. Et quia xp̄s ꝑ̄dicabat sacramenta iudaica eſſe abolenda. ideo dixerāt. Si romani ista audierint. templum contemnēt. opes

templi auferēt. et locū ⁊ gētē
nostrā̄ tollēt. Itē₃ tertio ha/
buerūt mādatū a romanis
ꝙ nullus int iudeos noīare
tur rex. nisi ess₃ ꝑ eos ꝯstitu
tus. ⁊ ideo timebāt ꝙ si audi
rent romani ꝙ xp̄m haberēt
tāꝗ regē. reputarēt ip̄os iu/
deos tanꝗ rebelles. ⁊ sic ve/
nientes destruerēt eos. S₃
attende eoꝝ miseriā. qm̄ ni/
hil timebāt ꝑdere nisi tēꝑa/
lia bona. ŏ vita eterna nihil
cogitātes. Sic igit in ꝯsilio
hesitantibꝰ ⁊ timētibꝰ. vnus
ex ipsis Cayphas noīe cum
esset pōtifex anni illius et iō
malicia audacioꝛ. dixit neq̄/
ciose ⁊ derisorie. Nescit₃ q̄c/
ꝗ nec cogitat₃. Expedit em̄
vobis vt vnꝰ moriat homo
ꝓ ꝑplo ⁊ nō tota gens pereat
Quasi di. Rōnabilis ratio
dictat ꝙ bonū cōmune ma/
gis est eligendū ꝗ bonū ꝑti
culare. Si aūt homo iste di
mittet. bonū totius ꝑpli dis/
sipabit. vt patet ꝑ p̄dicta ḿ
eoꝝ estimatōem. Concludit
igit ꝙ sit agendū ad morte₃
xp̄i. licet ex parte eius nō in/
ueniat aliq̄ cā. s₃ fallit rō. q̄a
in nullo casu licitū ē interfi
cere innocente₃. ꝑ h̄ em̄ non
curat bonū cōmune. s₃ diss
pat ⁊ destruit. vt ꝑ₃ in p̄nti.
qꝛ post passionē dn̄i ꝑ ānos
xl. per tot annos expectauit
dn̄s eoꝝ pniam. s₃ quia nō
erat in eis emenda ꝑ Tytū
et Vespasianū tam locus ꝗ
ꝑpl's fūditꝰ fuerūt destructi.
Dicit notanter ꝙ Cayphas
pontifex erat anni illius ꝙ
nō habuit bonam ratione₃
Nam ḿ glo. dn̄s ꝑ Moy/
sen p̄ceperat iudeis ꝙ vnum
pontificem ⁊ summū om̄ibꝰ
diebꝰ vite sue retinerēt. et eo
moriente alius succederet.
Sed ḿ Josephū Annas
et Cayphas ꝓpter cupidita/
tem ⁊ ambitionē alternatis
annis emebant ab Herode
ascalōita qui auxilio iudeo/
rum actū regnum iudeoccu
pauerat. q̄ sacerdotium eis
annuatim vendidit ꝓpt ma/
ius lucrū. Item licet ipse in
dignus esset tn̄ sp̄ūssanctus
lingua eius vtebat ad dicē/
dum veritatē. nam veꝝ dixit
licet ip̄e male intendebat. ni
si em̄ vnꝰ homo. sc₃ xp̄s mo/
reret nō poss₃ saluari hō de
lege ordinata. q̄d ideo dico.
qꝛ fuerūt plures modi redi
mendi hominē. Ex illo exē/

spūm habem⁹ q licet mali sint plati.tñ eoꝝ doctrinā sper/nere nō debem⁹.q₂ ſm Ambro.veꝝ a q̄cūqꝫ dicat a spū sancto est.tñ ipse Cayphas ignorabat effectū ꝟboꝝ q̄ ꝓtulit.⁊ ergo ꝓphetia non fuit licet dicat q p ista ꝟba ꝓphetabat q₂ h̄ q̄d dixit nō intel/lexit.q̄d tñ requirit ſm illud Daniel.x. Intelligētia op⁹ ē in visione. Finaliter igit cō/clusum erat in ꝯsilio.q₂ sen/tentia Cayphe om̄ibus placuit q xp̄us mori deberet.⁊ ne aliquis eum cōfiteretur prohibuerūt.alias esset ex/tra synagogam.i. excōmunicatus apud nos. Ab illo ergo die ⁊c̄.commiserūt ministris et plebi vt eum comp̄/henderent ⁊ ducerent ad occidendum. Et hoc consiliū fuit ꝓma die mensis aprilis qui est mensis ꝓmus in mē/sibus anni ſm Hebreos in qua debebāt querere agnuꝫ ad immolanduꝫ.xiiij.die ad vesperam. Ut ergo veritas correspondeeret figure ab il/lo die cogitauerunt eū occi/dere. Etiam fuit eodem die quo Lazarū suscitauit. Jo/han.xi. Sciens autem ih̄s cui nihil erat occultum hoc consilium.secessit de betha/nia in ciuitatem effrem iux/ta desertum vsqꝫ ad vigiliaꝫ palmarum.

Ante sex di

a es pasce. Quoniaꝫ lex ꝑcipiebat Exo.xij.et.xxiij.vt ad celebrandā pasce solennitatem quilibet ascenderet in locum quē elegerat dominus.scꝫ hierusalem. Ideo qui hanc legē dederat factus sub lege chri/stus dominus noster Cum autem ab incarnatōne esset circiter.xxxiij. annos ⁊ tres menses.venit de Galilea in Judeam . scilꝫ hierusalem de ciuitate Effrem.quia ſm Bedam Appropinquāte tē/pore passionis.quod scilicet ab eterno elegerat appropinquare voluit et loco passio/nis.vt per hoc manifestare/tur q non inuitus ſꝫ sponte pateret.venit scilꝫ in vigilia palmaꝝ in Bethaniam vbi suscitauit Lazaꝝ et intrauit in domū symōis leprosi.scꝫ quē pri⁹ a lep̄ mūdauerat.q̄ etiā postmodū vocat⁹ ē scūs

Julian⁹ tēpus ordinat⁹ nomē tñ adhuc retinuit, ppt factū miraculū. vt p̄t⁹ curātis appareret. Et cum esset ibi venit ad eum Lazar⁹ z Martha. z fecerūt ei cenā. z Lazarus erat vn⁹ de discūbētib⁹. Martha ꝯo ministrabat. Lazar⁹ āt in eadē cena multa d̄ locis inferni z penaꝝ oīb⁹ interrogantib⁹ in cōuiuio recitauit q̄s viderat. Et p̄ horrore de hmōi penis ꝯcepto. licet postmodum .xv. annis vixit z ep̄s Marsilieñ. martiriū ptulit. tñ nūq̄ signum alic⁹ dissolutionis aut risus dederat. sp̄ habēs in memoria horribilitatē mortꝭ et penaꝝ. Nec tñ f̄m Aug. credēdū est q̄ cū secūda vice morere ẽt sit passus demonū aspectus vel quamcunq̄ penam aliā cū oīb⁹ hoīb⁹ ꝯstitutum sit semel mori tm̄. Ad Heb. ix. Et plures exierūt de hierusalē nō pp̄ter ihm tm̄. s; vt Lazaꝝ quem suscitauerat viderent. Cogitauerūt āt p̄ncipes sacerdotū vt z Lazarū interficerēt. q2 multi abibāt pp̄ter eum ex iudeis z credebāt in xp̄m. In illa cena f̄m Math. accessit maria magdalena habens alabastrum vngenti. i. pixidem de alabastro. quia audierat q̄ mors xp̄i instabat. ideo accepit libram vngenti nardi pistici. i. fidelis Nam ille liquor erat purus z verus nō sophisticat⁹ sine aliq̄ mixtura. z q̄ in morte nō poterat vnxit in vita. z erat liquor iste preciosus de re valde aromatica. s. nardo. subtilis quemadmodum aqua rosata valde odorifera et adeo p̄ciosum q̄ valuit. ccc. denarios vsuales et effudit sup caput ipsius ihu recūbentis z tota dom⁹ impleta est ex odore vngenti. Vngenta f̄m Horam solebāt hoīes regiōis ill⁹ effundere sup capita sua ꝯ estū solis z distemperiē aeris Ex q̄ patet mulieris pietas. Bis eñ f̄m Aug. vnxit. de cōcordia euangelistarū. s; in p̄ma sui ꝯuersione in domo alterius symonis pharisei. Lu. vij. vbi vt peccatrix retro pedes stans z p̄ verecūdia nō audebat accedere. et tunc lacrimis suis pedes ihu lauit et crinib⁹ seu capillis tersit. q̄b⁹ sepe dñm offenderat. et tunc etiam tm̄ pedes vnxit. z in p̄ma nominabat̄ peccatrix. s; fuerūt sibi oīa pctā di/

missa In scda vo.scz h voca tur mulier et deuotoe z ani mi pietate. Et videtes itaqz discipuli effusione vngeti in dignati sut. Nam sepe a xpo audierat qz boa eet elemosy na. Bono zelo moti loqbat et miscdia p paupib dicetes Potuit em vngentu isto ve/ nudari multo precio z dari paupib. Judas at fm Jo. dixit. no quia de egenis ali/ quid ptinebat ad eum. sz qz fur erat et loculos habebat et frequenter decimaz par/ tem furabat de his q xpo et discipulis eius dabantur. Unde dicebat. Ut qd per/ ditio ista vngenti facta est. Potuit em venu dari. ccc. de nariis. Morc auaroz quic quid no venit ad manus su as dicebat esse perditum. et qm pcium vngenti no repo nebat apud eum vt decima partem inde subtraheret. et huisset ex. ccc. denariis. xxx. ideo indignatus dixit. Ut quid pditio hec. In h no so lu increpauit mulierem. sed z xpm. qre h fieri permitteret. reputas pditu qd in xpi ser/ uitio exhibebat. Cui adhuc siles sunt dicetes Si filius pulcer religiosus efficitur,

Tracta. sed xpus se z mulie rem defendit dicens. Quid molesti estis huic mlieri. op9 bonu operata est in me. pre uenit em vngere corp9 meu in sepultura. Nam paupes semp habebitis vobiscum. et cum volueritis potestis ill benefacere. me autez. scz pre sentia corpali et carnali non semp habebitis. Lauete his verbis fm dnm Albertum loquebat Jude. qi di. Scio q tibi onerosus sum. sed ex/ pecta modicu qm venit cito temp9 quo remanebis cum miseris ac pauperib i infer no. vbi perpetuam habebis paupertate. Sed iudas no ptentabat his verbis, pter damnu quod videre suo ha buit de effusione vngenti. et ideo extunc xpm p peractis tradere et vendere cogita / uit. Sed dicit aliqs. Qua/ re xps sustinuit Judam et lo/ culos ei comittebat que sci/ uit esse furem. Respondetur fm Augustinum vt boni di scant etiam tolerare malos. Nam i cano. xxiii. q. iiii. Tu bonus. Non em bonus est qui malos tolerare non po/ test. et exinde nobis magna est fiducia. Nam fm Isidoz

ille q̃ malos tolerat nō ē dn
diū q̃n cōuersis ad se clemē-
ter ignoscat. Itē fm Ansel.
xp̄s dat iustis sp̄ualia. malis
āt ꝑmittit tp̄alia. Iuxta p̄s.
In q̃z maib⁹ iniq̃tates sūt
dextera eoꝝ repleta est mu.
Unde nullus gloriari hab;
de tp̄alium rerum affluētia.
